Quaestio Quodlib. agit.da In Scholis Medicorum Die Jovis 24a Novembris

M. Guillelmo de Baillou Moderatore.

An fluoris Muliebris, et mensis morbosi Idem Judicium?

Ut cuiq; aetati sua est sanitas, ita sui morbi. Teneris natis umbilici inflammatio, tussis, imbecillitas non tam artis, quam aetatis indiga. Lactentibus et alii fluor calidorum esse ingravescens, sive talis oxyrrhodino, et balneis mitiganda. Pueris lapis in vesica, tineis in renibus poris. Iuvenibus vix sine ardentibus febribus; non tam viribus, quam calefactas venas authores. ac inde alii sui communium morbi. Hi vel aetate hic hominum conditione et sexu differunt. Senes alias, liberi alias, ac si malum aliquid, et promptius laborant. Interdum viri, ~~interdum~~ mulieres aegrotant alias. Corpus a corpore, morbus a morbo, longeq; virilis a muliebri discrepat. quin et inter mulieres interdum in his natura et color considerandus. accedit et τὸ θεῖον. Indeq; fit ut alius fluor molestius sit, alius morbosus mensis. Utriq; licet affinitas, periodo tamen atq; aliter distinguuntur. Id porro tenendum cum similitudinem non raro eruditis imponant.

Uterus natura fundus toti pene corpori sic est. praecipuis partibus consentit maxime ventriculo, et sincipiti. Huius dolor morbos uteri judicat. Ex his alii in utero, et utero alii. In utero hysterologias nostro abortum faciunt, causis et variis aegro curabilis. ab utroq; σύνολον convulsiva et sine natura ~~[illegible]~~ furibundum delirium. Utriq; suffitus bonus. fundi cultus melior purgatio periculosa. Multis dolores capitis qui a conceptu mitescunt, a partu recrudescunt. Hae avig semen habent, masculoq; gignunt. Ceterae a conceptu vomitionibus affliguntur, quas sedare nefas. Exanthemata malo affecti decore sobolis, aut imbecilli foetus signum. deniq; nullo alia taedia. Haec Vexanda sunt, non curanda. partus omnium est medicus. Uterus libidinis aestu pruriente furorem aut deorsum inclinatio utrumq; est id solum ligamentis et plethora tribuendo, naturae partus impetus ignoratio est. tum seditionem facit cum vacuus est. Crebro hunc affligunt morbi, ceterarum symptomata, inter quas fluxus est muliebris. hic idem in utero est, quod in capite catharrus; licet a morbis oriundus, suffocatusq; diabeten lethalem afferat, ut symptoma curandus est.

Ab utero varia fluunt. menstrua stata periodo non malefici. ad conceptum faciunt, non veri tamen. lochia quae si initio alba non formidanda, diutius perseverantia peius afferunt, suppressa ad furorem adigunt ut et primum lac a partu quod lugere norit. dum fluunt oborto acuto morbo phlebotomiam non dissuadent. alba quadam proluvies puellis ante menstrua non inutilis, foedos colores curat, nisi hi a prava partium diathesi, ut febre fit, oriantur. Mali menstrui cacochymias, cachexias, et ~~[illegible]~~ cruditatis soboles. hi alias ~~[illegible]~~ pediculosi, carbunculosi, suppurati. Virulenta gonorrhoea viris et mulieribus coitu, non alias excretionem, quam cruenta mictio, ut et expectoratio aliquod salutaris. deniq; fluor ~~muliebris~~, quem lenius florum alborum nomen mitigat, nulla certa periodus, fluentibus mensibus dat fiducias, non virulenta gonorrhoea. conceptum non impedit, nisi ab interiore utero fit. si mucus cotyledonas oblinit, trimestris foetus eliditur. Ex his omnibus sola lochia et menses naturae sunt.

Peius et mensis morbosus hoc quid habent, uteroq; familiaris cacochymiis, catharrosis, corpus molle ac candidum habentibus. Mensis periodum magis servat, ab interno utero manat saepe, humorumq; sanguinis confusum habet. generandi et nutriendi foetus opportunitatem adimit. hinc abortiones. Curatus est magis. Peius contra nisi in junioribus saepe fluxu a capite, aut spinali medulla sequitur. Nonnunquam pulmonis hydropem causam aut stranguria aut lotio tollit, abscessum, mesenterii impuritatem a quo morbor[um] Iliade, ventriculi imbecillitatem, et uteri proprium vitium, si quod fluit liquidum est, a longinquo est, si compactius ab utero. sic si quid pingue in urina omnis et compactum est, renum, si dissolutum totius corporis colliquationem arguit.

Fluxus varietatem corporis et partium a quibus manat, conditio distinguit. Biliosis acrior, virulentus, flavus. pituitosis dissolior, illas calidis, siccantibus diureticis caduntur. Epispasticis humectantibus juvantur. pituitosis contraria. Diuretica conferunt. Terebintina thus, pilulas sine quibus cum castoreo. omnibus frequens purgatio ex hiera, agarico, folliculis. Ut[ilissim]um optimum. pyrotica brachiis. pulvis ex ebore, corallio, tartaro vini albi loto, faucibus lucii. Antehac praestantissima, syrupus ex portulaca, arnoglosso, rosa transmarina, cassia mithridatica, et dropaces, clysteres frequentes cum multa mercuriali. Injectiones per metrenchytem. ludovisia ex judico, sedina lacunica nisi valde biliosis quibus balneum confert. Aquas naturales inprimis. sed haec pro corporum, et humorum natura dovolvenda. tandem astringere convenit. Non sic in mensibus morbosis. peius suffrimendo calamitas, sinebo otio, tabes.

Ergo fluoris muliebris, et mensis morbosi non idem Judicium.

Proferebat Carnotus Girbault Pontisaranus. 1579.

D. D. Diss.

M. Joannes Gaultin. M. Jacobus Marant. M. Philibertus Laudenot.

M. Sulpicius Rigault. M. Petrus de la Mer. M. Guillelmus Cappel.

M. Joannes le Pescheur. M. Claudius Rebours. M. Nicolaus le Gros.

[stamp]